

N. 133.

A. D. 1332

(31 marzo; Indiz. XV)

<i>Provenienza</i>	Monastero di S. Stefano.
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatario</i>	<i>Magister Spina not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang: alt. m. 0,40; larg. m. 0,28.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	<i>Ambrosius, f. magistri Nicolai</i> , mostra al notaio, in qualità di procuratore dell'abbadessa <i>Gemma</i> e del <i>Monasterio</i> dell'Annunziata, in Barletta, lo strumento della donazione di una casa di <i>Benuca uxor Marini fassari</i> e di <i>Iordanus, f. Marini magistri calefati</i> .
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno ab Incarnatione domini nostri Iesu christi Millesimo Trecentesimo Tricesimo secundo. Regnante domino nostro Roberto dei gratia Serenissimo Rege *etc.* Regnorum suorum anno vicesimo tercio. Mense Marcii ultimo die eiusdem. Quintedecime Indictionis apud Barolum. Nos Iacobus de leucio Regalis Baroli Iudex Magister Spina puplicus eiusdem terre notarius et subscripti testes liciterati ad hoc specialiter vocati et rogati presenti puplico scripto fatemur. quod predicto die providus vir Ambrosius f. Magistri Nicolai pastoris concivis noster procurator ut constitit Monasterii Sante Marie Annuntiate in barolo procurator nomine et pro parte Religiose et honeste Mulieris sororis France Venerabilis Abatisse dicti Monasterii et conventus eiusdem ostendit nobis quoddam puplicum Instrumentum factum Baroli per manus notarii Clementis de Magistro Santoro puplici Baroli notarii signo suo solito signatum subscriptione Iudicis Iohannis de Umfredo et aliorum proborum virorum ydoniorum testium subscriptorum Roboratum Inter alia continens qualiter Benuca uxor Marini fassari et Iordanus f. Marini Magistri calefati concives nostri et dicta mulier cum consensu et auctoritate dicti Marini viri sui consensu etiam dicti Iordani nepotis et legitimi mundualdi sui attendentes laudabilem et honestam vitam qd. Religiose et honeste mulieris sororis Gemme Abatisse monialium dicti Monasterii voluntarie cum tota debita et consueta Iuris observantia obtulerunt se in confratrem et confraterie dicti Monasterii in Manibus dicte qd. Sororis Gemme abbatisse dicti Monasterii. Et pro ipsa oblatione donaverunt donationis titulo irrevocabilis inter vivos dicto Monasterio et conventui ipsius monasterii ac dicte abbatisse presentibus recipientibus pro se ipsis et monasterio supradicto Domum unam dotalem dicte Benuce mulieris sistentem in civitate Baroli in pictagio Marcicani iuxta domum Roche sororis dicte Benuce iuxta domum Ecclesie Sante Marie de episcopio iuxta viam et alios confines quatinus dicta soror Gemma abbatissa et successores ipsius ac dictum Monasterium dictam domum imperpetuum a die dicte donationis tenerent et possiderent *etc.* reservato usufructu eiusdem domus quousque dicta Benuca vitam vixerit et post mortem dicta domus ipsi Ecclesie Reddierit *etc.* Quod scripsi ego predictus Magister Spina puplicus Baroli notarius qui predictis rogatus Interfui et meo signo consueto signavi. (*Segno*).